Iidem Stupniczy Roborant Intercisiam

Comparentes personaliter coram officio Actis praesenti Castren. Capitaneali Premisliensi Nobiles Petrus Stupnicki Korbel ex una et Nobilis Tymko Stupnicki Miskowicz ab altera par sani mente et corpore existentes a Certis Debitibus foro iure iurisdictioniq. suis quibusvis propriis et competentibus recedentes Praesentes vero Castren. Capitaneali Premisliensi Iurisdictioni quantum hunc Actum atinet se cum successoribus ac bonis suis globo omnibus totaliter et plenarie incorporando et subiiciendo publice libere ac perexpresse recognoverunt et quilibet illorum seorsum suo interesse recognovit. Quia ipsi Intercisiam certam inter se factam cognoscentes ratione certarum rerum et conditionum in eadem Intercisia expressarum de Actu et data illius die Decima Aprilis anno praesenti confectam manibus praefati quidem Petri Stupnicki propria nomine vero praefati Tymko Stupnicki Rasosi Joannis subscriptam et sigillatam vadioq. Quadringentorum et Decem florenorum polonicorum firmatam in omnibus eius Intercisiae conditionibus punctis clausulis articulis vadio nexibus et obligationibus universis firmiter tenere complere exequi ac inviolabiliter observare. Eidemq. et contentis illius omnibus et singulis tam in toto quam in parte omnes quoties opus fuerit satisfacere. Sub vadio Quadringentorum et Decem florenorum polonicorum per partem parti cum successoribus utriusq. partis ob non completionem contentorum Intercisiae praefatae Itam in toto quam in parte toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbendo pro quo quidem vadio modo praemisso ad solvendum succedo, ac re aliqua priori ex praemissis completa complenda altera ex eis ex suprascriptis recognoscentibus pars obnoxia praemissa non teneatur vel eius successores. Ad instantiam partis alterius praemissa non tenentis vel eius posterorum Adofficium praesens Castren. Capitaneale Premisliense statuere recessum ad Instantiam quo ad vadium spectat mediante cum Eodem officio semper in primo citationis termino tanquam peremptorio stare comparere et vadium praefatum luere suscriptioni huic satisfacere ac ex iudicato parti debebit et tenebitur seq. ac successores suos ad Eadem omnia inscribunt et obligant. Illum sanum et alios omnes exiam consequentes cum lege terrestri amore semper debitos vera infirmitate proclamatione Minorennitate succurrente terrestri ex inseris citra vel extra Regnum servitio militari ad praesens citra Regnum vel alios quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo ad quietationem ultra primos poenis Expensis tractas dilationes sibi non recipiendo appellationes afronte earumq. sequendi faciendo ac praemissa poenis suspensionibus tractando suspensionum praefatorum ...

praesciendo

praesciendo Certi bello Convocatione et aliis omnibus iuris remediis et defensis non Evadendo nec quovis modo subterfugiendo Praesenti Inscriptioni ad praemissa mediante.

Stupnicki Consorti Reformat

Comparens personaliter coram officio Actis praesenti Castren. Capitaneali Premisliensi Nobilis Tymko Stupnicki Miskowicz olim Nobilis Iwan Stupnicki filius sanus mente et corpore existens a Certis Debitibus foro iure Iurisdictioniq. suis quibusvis propriis et competentibus recedens Praesenti vero Castren. Capitaneali Premisliensi Iurisdictioni quantum hunc Actum attinet se cum successoribus ac bonis suis globo omnibus totaliter et plenarie incorporando et subiiciendo publice libere ac perexpresse recognovit. Quia ipse Nobili Tasi filiae olim Nobilis Wasko Horodyski Kochanczic Consorti vero suae legitimae eiusq. posteris Summam Ducentorum florenorum polonicorum ratione veri dotis post eam recepta et in domum suam importata Item et aliam similem summam Ducentorum florenorum polonicorum ratione iusti et liquidi dotalicii in et super tota et integra medietate omnium generalium et singulorum bonorum suorum haereditariorum et obligatoriorum mobilium et immobilium summarumq. quarumvis pecuniariarum Klenoda auri argenti clenodiorum vestium vestimentorum pecorum pecudum equiredatouq. suppellectilis domestica, quae habet et in posterum habebit. Dotalicium dotalicii inscribit reformat et assecurat Per ipsam Nobilem Tasia Stupnicka seu Horodyska consortem suam eiusq. posteros Medietatem dictorum bonorum suorum cum omnibus eorum utilitatibus fructibus proventibus redditibus commodis et emolumentis quibusvis tenendam habendam et possidendam illasq. pacifice et quiete ad suosq. et suorum successorum quorumvis beneplacitos usus fructus libere et effectualiter convertendam more aliarum Inscriptionum reformationum Iuris antehac in Regno Poloniae observari solito.

Huszko Cerdo Przemisliensis Filio suo Vendit

Comparens personaliter coram officio Actis praesenti Castren. Capitaneali Premisliensi Honestus Wasko Hasko Cerdo et Incola Civitatis Suburbii Premisliensis sanus mente et corpore existens a Certis Debitibus foro iure iurisdictioniq. suis quibusvis propriis et competentibus recedens Praesenti Castren. Capitaneali Premisliensi Iurisdictioni quo hunc Actum attinet se cum successoribus ac bonis suis globo omnibus totaliter et plenarie incorporando et subiiciendo publice libere ac perexpresse recognovit. Quia ipse bona sua propria et haereditaria infrascripta videlicet Hortulanias duas unam Otolewbirsda...